

& virgilianas per fortuitum occursum quorundam versuum, aut vlla alia diuinationis speciem exercet. Vides ergo Lector charissime quot pestiferis artibus daemone ad diuinitatem e medio tollendam contenderit, sed, o miraculum, quam potius confirmari, atque statuerit, nam quilibet videt clarissime, quantum distent à Dei potestate, atque sapientia cacodæmones, quippe qui ferre semper mentiuntur, nec quidquam possunt, nisi Deus Opt. Max. permiserit. Hinc fit, vt promissis stare vel nolint, vel nequeant, & magos, diuinos, atque fortilegos decipiant. Ratum ergo fixum, atque firmissimum esto, maximum illud bonum esse, quo nihil melius esse potest, quod iure merito numen æternum, & Deum Optimum Maximum appellamus, quem amplectimur, veneramus, adoramus, & toto corde diligimus.

Quem si recte conciperent, atque cogitarent Athei, nunquam illum pernegarent, quandoquidem ipse causa est cur sint, & bene sint omnia, nam ad omnia peruenit, ac pertinet, vt optimè Dionysius Arcopagita epist. 9. explicat, cuius verba, vt pote pulcherrima subiungam, que prædicta sequuntur.

Quem si recte conciperent, atque cogitarent Athei, nunquam illum pernegarent, quandoquidem ipse causa est cur sint, & bene sint omnia, nam ad omnia peruenit, ac pertinet, vt optimè Dionysius Arcopagita epist. 9. explicat, cuius verba, vt pote pulcherrima subiungam, que prædicta sequuntur.

§ Dionys. Arcopag.

Verba Arcopagita difficilia, quod Deus sit nihil in nihilo secundum nihil.

cum in se ipse eodem æternoque modo sit, persterque, & maneat, atque semper idem sit, eodemque modo habeat, nec nullo modo se ipse deferat, neque suam sedem, immobilenque mansionem, & quasi larem relinquat, sed & in ea omni perfecta que prouidentie sue munera perficiat, & procedat ad omnia, & in se maneat, & insistet semper, & moueatur, & neque insistet, neque moueatur, sed vt ita dicam, & prouidentie actiones in stabilitate, atque institutione, & institutionem mansionemque habeat naturaliter, & præter naturam in prouidendo.

Miserunt deinceps Athei, nec perscrutentur diuinam naturam, quæ fugit curiosiores, ac simplicioribus sese committit; credantque nullam esse ingenij creati aciem que infinitam illam diuinitatis abyssum penetrare possit, donec exactata beatitudine perstruatur; quibus vnica Ambrosij sententiam æterna meditatione contemplandam offero, vt videant, quam sit difficile, quam arduum, vt quis ad illius immensæ diuinitatis cognitionem attingat. Ex quo ergo, inquit, l. de dignit. condit. hum. cap. 2. & qui ex eo, & quo se diligunt ipsa duo tria sunt. & illa tria ideo vnum, quia sic sunt ex vno illa duo, vt tamen ab eo non sint separata, sed ex ipso sunt, quia non à se, & in ipso, quia non separata, & ipsum ipsa quod ipse, & ipsum ipse quod ipsa, & non ipsum ipsa qui ipse, & non ipsa ipse qui ipsa, ista duo Deus est, & ipse Deus tria est, & vnumquodque horum trium Deus est, & omnia illa tria non Dy, sed Deus est. De scientiis & diuinationibus plura dicemus, si quando voluerit Deus Opt. Max.

Locus D. Ambrosij difficillimus.

In præsentem verò factis est, quod ex allatis Athei possint, ac debeant ad veri Dei cognitionem asurgere, quos sequenti ratione omnino cogere velim, vt numen æternum admittant, à quo pendet omnia.

RATIO XXIII.

Sumitur ex sex determinationibus quæ sunt in rerum natura; suntque totidem rationes, quot determinationes.

Prima ratio sumitur ex quantitate indeterminata.

EX omnibus rebus, quæ ex natura sua indeterminate videntur, magnitudo primum occurrat: nam quod terra tantam habeat amplitudinem, tantam molem, ea, quam videmus, longitudine, latitudine, atque profunditate limitatam, est ab aliquo, atqui non est ab alio, quam à Deo, quem propterea mortalium quilibet admittere debet. Minor clara est, non enim est ab ipsa natura terræ, si enim illius natura certos magnitudinis limites exigeret, eisdem semper haberet, quamdiu esset in naturali statu; nihil est autem in entibus visibilibus, in quod eiusmodi determinatio refundi possit, igitur solam illius causam Deum esse facere necesse est. Adde quod homogenea nullum magnitudinis suæ terminum exigant, enimvero quo maior est ignis, eo melius sese in suo esse conferuat: idemque de cæteris elementis aqua, & aere dicendum est.

Aliud medium petitur ex omnium effectuum, & partium corporis homogenei dispositione.

Licet enim daremus entia esse à se, attamen illa entium dispositio, qualem videmus, non posset esse à se, vel ab ipsa entium natura: sicut cum videmus statuam ligneam, aut argenteam, dicimus lignum, aut argentum non esse à statuario, sed figuram necessario esse ab illo, quia natura ligni est indifferens ad illam, vel aliam figuram: nec potest à se determinari ad vnam potius, quam ad aliam, alioquin esset formaliter libera. Idem etiam de pluribus mundi partibus dicendum est, quandoquidem nulla ratio ex rei natura potest, cur talis pars terra sit infra, talis supra, cur sol ab oriente in occidentem, potius quam ab occidente in orientem moueatur; igitur ad dispositionem mundi faciendam necessario principium aliquod requiritur à natura partium mundi distinctum.

2. Ratio ex dispositione, atque partibus rerum.

Tertia ratio sumitur à duratione: quod in elemento quolibet explicari potest, sicut & in aliis mundi partibus, vt patet in cælis; vel enim ab

3. Ratio ex duratione.